



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

SS. Barlaam Et Josaphat. 27. Novembr

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

165) 362 (§ 90)

SS. BARLAAM ET JO. S A P H A T.

27. Novembr

*Facite vobis amicos de Mammona
iniquitatis: ut cum defeceritis, re-
cipiant vos in eterna tabernacula.*

Christus Luc. cap. 16.

ETiam Indis pulchra jam olim fuit juven-
tus. Princeps hujus memoratur Iosapha-
tus Regis Abenneris filius, voluptatibus ab
ipsis cunabulis innutritus, & ne quid miseriae
humanæ esset, vel nosse posset, procul ab o-
culis aliorum, inter omnes illecebras educa-
tus. In tam blando carcere agentem adiit Bar-
laamus Eremiti incola gemmarum Mangonem
præferens. Certè nobilissimam illi gem-
mam Fidem vendidit. Mox cum deambula-
tum produxisset cupidum, in homine pri-
mùm mendico, tum leproso, in decrepito de-
nique sene ad eum diem nunquam visis, mun-
di vultum & ementitum colorem, velut in
minimè mendaci speculo ostendit. Labora-
bat itaque nec quicquam parens, vel ad Deos
filium, vel ad voluptates iterum abducere.

Frustra

JO.
nona
s, re-
cula.

uiven.

apha-

us ab

seria

ab o-

luca-

Bar-

nem

gem-

ula-

pri-

de-

un-

t in

ora-

eos

ere.

tra

(SS) 363 (SS)

Frustra absente Barlaamo nescio quis impo-
stor, qui vultum hujus quām simillimē refe-
rebat, alia velle docere aggressus est, cūm ita
Numine volente palam pro Christo loqui
lingua subdola cogeretur. Frustra & Theo-
das Magus ab Orco auxilia evocavit, & regia
puella blanditias admovit, cūm Iosaphatus
ostensis ab Angelo cælitum & inferorum se-
dibus pluris Orci poenas, quam minas, plu-
ris cæli gaudia, quām carnis fallacias ficeret.
Tandem in meliorem sententiam cùm patrē
etiam abduxisset, hoc mortuo, regnum alteri
cessit, & quam inter homines minus poterat,
inter feras Angelicam vitam, annos V. supra
XXX. vixit. Accepit tamen tumulū cum magi-
stro suo in regia urbe, cui tunc primū mor-
tuus videbatur, cūm ille jam olim fuisset.

Ex Ioan. Damasceno.

M E D I T A T I O.

De SS. Barlaam & Josphat.

S. Barlaam relinquit solitudinem, & mutato habitu
in regiam irrepit, ut filium Regis edoceat Chri-
stianam fidem. Quām ingeniosus est facer amor? quid
non molitur? quid non agit divinæ gloriæ, & huma-
næ, salutis causā? Ah! si eo amore arderes, tu, qui
tam studiosè, & tam impigre te geris in quærendis o-
pibus, & honoribus hujus mundi; si ex animo amares
Domini.

Dominum Iesum, quid non faceres ejus causâ? Nihil
amantibus durum est, nullus cupienti difficultas labor est. Hier.

2. S. Josaphat statim audit vocem Dei, qui ore S.
Barlaam loquitur: patrios errores exuit, assiduo cili-
ciorum, jejunii, & orationis usu, fortiter resistit
blanditiis, artibus, minis, & viribus Dæmonis. Ver-
sar is in periculo, ut is Apolescens, cades, nisi iisdem
armis utaris: Jejuna, vigila, ora: tanti & longè plu-
ris est, paradisus.

3. Ubi primùm Josaphat suæ ditionis populos Chri-
sti regno aggregavit, secessit in solitudinem unà cum
charissimo Patre suo Barlaam, ut sanctiori vivendi
modo ad mortem se compararet. Sat laborasti mun-
do, sat honoribus, sat voluptatibus, sat divitiis, sat
scientiis. Nunc tandem labora animæ tuæ. *Vasa collis-
genda, in fredo viximus, moriamur in portu.*

S. STEPHANUS Junior M.

28. Novembr.

*Vulpes foveas habent, & volucres
cæli nidos? filius autem hominis
non habet, ubi caput reclinet.*

Christus Matth. 8.

STephano huic tempora cognomen Iunio-
ris fecerunt. Natus est post votum Virgi-
nis imagini, quæ Blachernis colebatur, à ma-
tre factum. Monachus non tamen Reipublicæ
non